panem angelorum nobiscum hodie gustare debes. Vix sermonem archi-
episcopus compleverat et ecce ignis divinus de celo descendens super capita singu-
lorum. Tanto fragrantie odore omnes suavitate tanta repleti sunt quod miles ille non
sentiret utrum in corpore tantum an in spiritu raptus esset. et dixit episcopus: Hoc cibo
omni die semel pascimur adeo. sed celestes cives omni hora fruuntur.
His itaque omnibus rite peractis dixit archiepiscopus ad militem: modo ka-
rissime omnia vidisti que tibi deus ostendit. et ecce nunc tempus est ut rever-
taris. non enim poteris nobiscum diucius manere quousque obieris. tunc au-
xiliante deo si perseveraveris in fide recta et actione tunc redibis ad socie-
tatem nostram. vel certe si in peccatis eris in tua vita preteriti peccatis ut
statim exeunte anima tua premissis nobis precibus per dei adiutorium
ad regnum celorum. His itaque auditis miles de recessu suo contri-
statur […] lugens de paradyso eo quod tam bona felicitate ad secu-
lum debet redire. eademque via qua venerat revertitur. ita tamen quod non pa-
teretur aliquid corporis adversa. non sentiret tormenta nec malignus spiritus in a-
liquo poterat vexare eum. Sed antequam appropinquaret statim visio illo evanu-
erunt. Cumque per penas reversus esset ad aulam superius dictam. Ecce xv.
fratres qui primo ei apparuerunt, iterum venientes ipsum salutaverunt ac lau-
dantes et benedicentes dominum pro omnibus suis beneficiis quod militem suum a tam grandi
periculo liberavit. Ecce frater dixerunt illi scimus quod a peccatis tuis pur-
gatus es ex toto nunc decetero caveas tibi et si vives deo studiose et
deus reddet tibi mercedem plenissimam et vitam sempiternam. Ecce iam in
patria tua aurora clarescit tempus quoque est ut revertaris. nam prior
claustri te post missarum sollempnia nisi ad portam reperit despe-
rans de reditu tuo ianuas vie istius recludet atque obser-
vata iam porta redibit. sicque benedictione ab illis recepta cum
gratiarum actione revertens pervenit ad portam ubi iam prior presto-
labatur militis adventum. Qui vero cum gaudio prior cum aliis cle-
ricis excipientes cum ymnis et canticis deduxerunt retinentes ipsum
fere per xv. dies in suo cenobio procurantes. Ab eo vero isti